



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Examen Confessariorum Repetitum**

**Schoonaerts, Gregor**

**Coloniæ Agrippinæ**

**VD18 14542323-001**

Regulæ, ex quibus dignosci possit, an Simonia committatur in collatione  
beneficiorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41226**

vel emittuntur emissarii presente Paulo, dicentes:  
Si Petrus sit Abbas, Paulus erit Provisor, &c. Quo-  
ritur, an simoniacè?

RE. Aff. Si siant, ut ordinariè sūnt: quare enī  
similes propositiones, nisi ut inducant, & in-  
ducantur? Ut inducant Paulum ad eligendum  
Petrum, & per modum compensationis suffragii  
dati eligatur Paulus &c. Unde licet non sit hīc  
emptio, vel venditio rei Spiritualis pro tempo-  
rali, est tamen emptio, & venditio rei Spiritualis  
pro Spirituali, quod est vetitum: *Gratis enim  
aceperistis, gratis date.*

Adde, quod per similia sāpē misceantur frau-  
des, violetur caritas, & Provinciæ integræ, Or-  
dines, & Capitula turbentur.

Ex resolutione Casuum sequuntur hæ sex, &  
certæ quidem

Regulæ, ex quibus dignosci possit, an  
simonia committatur in collatione  
Beneficiorum.

1. Ndubitatum est, eum committere simoniam,  
qui pretium dat, vel accipit pro beneficio-  
rum collatione, resignatione, electione, con-  
firmatione, &c.

2. Qui fundum, cui annexum est jus patrona-  
tūs Laici, pretio altiori vendit, vel emit, præcisè  
quia jus illud annexum habet.

3. Qui amico collatoris, electoris, aut præ-  
sentatoris pretium, vel aliud munus dat, vel  
pro-

144 TRACTATUS DE VIRTUTE RELIGIONIS.

promittit, ut ab eo commendetur, & operâ illius  
beneficium acquirat.

4. Qui, pretio accepto, cedit juri dubio, quod  
habet ad beneficium, ut si duo litigent.

5. Si Joannes V. G. resignet Beneficium Pau-  
lo fratri Catharinæ, ut ipsam recipiat uxorem.

6. Pecunia &c. data pro collatione Beneficii  
à parentibus, vel aliis in favorem beneficiati,  
ipso, concio facit, ut simoniaci sint & donato-  
res, & Beneficiatus.

C A P U T U L T I M U M.

*De reliquis irreligiositatis speciebus.*

§. I. *De superstitione, & idololatria.*

**S**upersticio, quæ aliter falsa religio dicitur, est,  
*Vitium Religioni oppositum, prescribens cultum*  
*divinum ei, cui non competit; vel ipsi Deo aliter,*  
*quam competit.*

Dum *Cultus Deo debitus transfertur ad alium,*  
dicitur supersticio falsi numinis, seu idololatria.

Dum *indebitus, & illegitimus Deo vero offeritur,*  
vocatur supersticio cultus incongrui: ut si quis  
verum Deum jam sacrificiis, & cæmoniis Ju-  
daicis colat.

Idololatria est, *Supersticio falsi numinis, qua*  
*divinareverentia exhibetur creature.*

Divinatio est, *Indebitarerum occultarum, que*  
*humanitù sciri non possunt, inquisitio, vel enuntia-  
cio, recurrendo sc. ad auxilium demonis.*

Alia fit per expressam dæmonis invocationem,  
seu solemnem, alia per privatam.

Se

